

ex eo casu crudelibus factis ereptum populo Romano, iam designatu[m] iustissimum ac simillimum parentis sui virtutibus principem coloniaeque non[st]rae unicum praesidium, eaque res nondum quieto luctu, quem ex  
 15 decesu [L. C]aesaris fratris eius, consulis designati, auguris, patroni nostri, principis [iu]ventutis colonia universa susceperat, renovasset multiplicassetque [ma[er]orem omnium singulorum universorumque, ob eas res universi decurio[ne]s colonique, quando eo casu in colonia neque Ilvir(i) neque praefecti [er[ant] neque quisquam iure dicundo praerat, inter sese  
 20 consenserunt, pro [ma[g]nitudine tantae ac tam improvisae calamitatis oportere ex ea die, [qu[a] eius deces(s)us nuntiatus esset usque] ad eam diem, qua ossa relata atque [co[nd]ita iustaque eius Manibus perfecta essent<sup>1</sup>, cunctos veste mutata, templis[que] eorum immortalium balneisque publicis et tabernis omnibus clausis, [co[n]victibus sese abstinerere, matronas  
 25 quae in colonia nostra sunt, sublugere [di[em]que eum, quo die C. Caesar obit, qui dies est a. d. VIII k. Martias, pro Allieni [lu[gub]rem memoriae prodi, notarique in praesentia omnium iussu ac [vo[lun]tate caverique, ne quod sacrificium publicum neve quae supplicatio[n]es nive sponsalia nive convivium publica postea in eum diem [eo[ve] die, qui dies erit a. d. VIII  
 30 k. Mart., fiant concipiantur indicant[ur]ve, nive qui ludi scaenici circiensesve eo die fiant spectenturve; [ut[ique] eo die quodannis publice Manibus eius per magistratus eosve, [qu[i] P[ri]s[is] iure dicundo praerunt, eodem loco eodemque modo, quo [L. C[ae]sari parentari institutum est, parentetur; [utique [arc]us celeberrimo coloniae nostrae loco constituatur orna[tu]s sp[oleis] devictarum aut in fidem receptorum ab eo gentium, super [eu[m] st[atu]a pedestris ipsius triumphali ornatu circaque eam duae [eq[uest]res inauratae Gai et Luci Caesarum statuae ponantur; utique [cu]m primum per legem coloniae duoviros creare et habere potu[er]imus, ii  
 40 duo viri, qui primi creati erunt, hoc quod decurionibus [et [uni]versis colonis placuit, ad decuriones referant, eorum public[a] auctoritate adhibita legitime id caveatur auctoribusque [iis [in] tabulas publicas referatur; interea T. Statulenus Iuncus [fla[m]en Augustalis, pontif(ex) minor publicorum p[ro]puli R[omani] sacrorum rogare[tu]r, uti] cum legatis excusata praesenti coloniae necessitate hoc [officiu]m publicum et voluntatem  
 45 universorum libello reddito [im[p. Ca]esari Augusto patri patriae pontif(ici) maximo tribuniciae [po[te]st. XXVI<sup>2</sup> indicet; idque T. Statulenus Iuncus princeps coloniae nostrae, flamen August., [po[n]tif. minor publicorum  
 50 p. R. sacrorum, libello, ita uti supra scriptum [es[et], imp]eratori Caesari Augusto pontif(ici) maximo tribun(icia) potest(ate) XXVI pat[ri] [pat[ri]ae] reddito, fecerit,

placere conscriptis quae a. d. III nonas Apriles, [qu[ae] Sex.] Aelio Cato C. Sentio Saturnino co(n)s(ulibus)<sup>3</sup> fuerunt, facta acta con[st]ituta sunt per consensum omnium ordinum, ea omnia ita fieri agi ha[be]ri op[er]arique